



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XXXI. Dietrich von Wartenberg reicht einem Bürger Perlebergs eine Hufe in Tüchen zu Lehn im J. 1334.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

citur, sicut & alii nobis aut nostris successoribus ad opus civitatis erogabit. Preterea si aliquis non habens scampnum ipsorum conforcium siue operis licentiam aut guldam adeptus fuerit non presumat alibi stare ad vendendum calcios suos nisi ad finem scampnorum extra curiam, quod dicitur tendenat & observare debet modum futurum antiquitus observatum donec scampnum suis denariis poterit emere de scampnis supradictis. Omnia predicta & singula volumus perpetue firmiter observari & ne aliquo modo infringi poterint prefens scriptum desuper conferri fecimus, quod appensione nostri sigilli in testimonium evidens iussimus roborari. Actum & datum presentibus Johanne ricbode, hinrico radolphi, martino rulow, Wesselino de dupow, henrico capup, henrico seup, her. clinkebeil, Johanne de lubeke & multis aliis fide dignis sub anno incarnationis domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXIII<sup>o</sup> feria quarta post dominicam jubilate.

Nach dem Original, wovon das Siegel abgerissen ist.

XXXI. Dietrich von Wartenberg reicht einem Bürger Perlebergs eine Hufe in Tüchen zu Lehn im J. 1334.

In nomine domini Amen. Quoniam humana memoria labilis est et infirma, litteris sunt commendanda, que habere volumus inoblita. Hinc est, quod ego Thidericus dictus wardenberch morans in tughen, recognosco publice et protestor quod accedente consilio et consensu meorum amicorum et heredum rite et rationabiliter vendidi discreto viro Petro buls, cui in perleberghe, vnum mansum in villa predicta adjacentem curie, in qua nunc residet parvus arnoldus et solvere debet singulis annis vnum talentum brandenborgensium denariorum et quatuor pullos et vnum modium humuli et duos solidos qui snidepenninghe nuncupantur. hec bona dimisi sibi omni iure et libertate, quo ego ea possedi, michi et heredibus meis nichil precarie aut cuiusquamque servitii nomine in ipsis referuando, ipsa vero bona ipsi contuli siue pheodaliter porrexi, et si mortem ipsius vixero heredibus suis ea conferre debebo cum requisitus fuero munere non requisito, hoc idem post mortem meam mei heredes ipsi uel suis heredibus facere tenebuntur, et hoc idem si ea bona vendiderit emptori eorum sine recufatione facere debeam aliquo. In huius testimonium et ut predictus petrus uel eius heredes in posterum in dictis bonis aliquos inbrigationes non paciantur, presentem litteram conferri feci et appositione mei sigilli roborari. huius rei testes sunt Coppe, hermannus, hanco et hinricus wardenberg, mei fratres, ricbode et filius eius, hinricus wedekint, heine tzander, ciues in perleberghe, et multi alii probi viri. Actum et Datum perlebergh sub anno incarnationis domini Millesimo CCC<sup>o</sup> XXXIII<sup>o</sup> sabbato infra octavas assumptionis.

Nach dem des Siegels beraubten Original.

XXXII. Markgraf Ludwig verkauft wiederkäuflich denen von Kröchern jährlich hundert Mark Silber in Perleberg zu heben, im J. 1336.

Wjr Ludouig etc. Wie dun widlich alle den, die dessen-brif horn vnde sehen, dat wie vnfen truon mannen hern henrich vnd Jordanen brudern, von krochern geheten, vnd jren sonen jane, arnolde vnd henrich, hern henriches sonen, vnd hanse, iordanes sone, vnd iren rechten erfnamen haben gelaten vnd geleschen vnde lyen in disseme openen brife, in der stat tu Perleberge in deme scoote, alle iarlich upteborgen (uptuboren) hundert marck suluers brandinborges vnd gewichtes an sante walpurgis tage, mit samender hant t<sup>o</sup> eine rechtene lene. Disse hundert mark geldes habe wie gelaten den vorbenumenden von krochern vnd oren eruen vor hundert stücke geldes vnd vor dirtich stücke, die vn sehelen an den